huiusmodi habenda est obseruatio quia sepe accedit mundas carnes contingi ab ali
quo inmundo ut uerbi causa dixerim. si quis de dō patre ac de unigenito eius & de
spū scō digna deitatis mysterio purum faciat sincerumque sermonem. Similiter
& de omnibus creaturis rationabilibus tamquam a dō factis ad hoc ut cape
rent & intellegerent eum. Non autem consequenti myste[rio] adse
rat etiam carnes resurrectionem. primus quidem eius sermo quō perfectis
& scīs disseruit. solidus cibus carnes scē sunt. hoc uero quod in ea additur re
surrectionem carnis negando. quia alienum a fide est superius iunctum per
fectis & fidelibus uerbis scās carnes contaminauit & polluit. Ideo ergo prae
cepit legislator. ne manducentur huiusmodi carnes quibus inmunditia in
fidelitatis alicuius adiungitur. Propterea & apostolus dicit. & enim diem
festum celebremus non in fermento ueteri. neque in fermento malitiae & ne
quitiae. sed in azymis sinceritatis & ueritatis. Secundum inmunditiae ge
nus est ne ipse qui carnes edit inmundus sit. & inmunditia eius in ipso sit.
Quod hoc modo intellegi potest; uerbi gratia si sit aliquis naturae florentis
& ardentes ingenii. Non continuo aptus uidebitur ad suscipienda uerbi dī
mysteria; sed quaeritur. etiam hoc ut prius a profanis artibus & inmundis
operibus separetur. & ita demum eruditionis capax fiat. si prius capax
fuerit scītatis. simile his innumeris legimus scriptum. ubi dns carnes caeli
tus dedit filiis israhel. & dicit. scīficamini in crastinum. ut manducetis car
nes. hoc ostendens quod nisi scīficati essent. prius & mundi effecti carnes eis
non daret dš. Bene autē clementiam dnī legislator ostendit. ut diceret. qua
non manducet carnes in quo fuit inmunditia. sed ait. in quo inmunditia eius
in ipso est. Nemo & enim fere inuenitur. in quo non fuit inmunditia. Inueniri
autem potest in quo fuerit quidem. sed audita lege dī ultra iam non sit. quod
si permanet in eo inmunditia sua. & his auditis conuerti non uult & emundari.
peribit inquit anima illa de populo suo. Tertia est inmunditiae species. que
si quis mundus aliquid contingit inmundum. & non tam suo peccato quam alie
na contagione polluitur. ut puta si quis societur amicitiis & consortio homi
nis libidi[nosi] uel iracundi uel adulteri. & ipse quidem propriis actibus non ipse

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0448